

Kurelčev Agrikola

15. 10. 2007.

Usporedite tekst i prijevod. Pokušajte sistematizirati nejasnoće koje zapažate i postupke prevodioca.

Legimus, cum Aruleno Rustico Paetus Thrasea, Herennio Senecioni Priscus Heluidius laudati essent, capitale fuisse, neque in ipsos modo auctores, sed in libros quoque eorum saeuitum, delegato triumuiris ministerio ut monumenta clarissimorum ingeniorum in comitio ac foro urerentur.

Čitali smo, kako se radilo o glavi Arulenu Rustiku, što je branio Peta Trasiu, a Hereniu Senecionu radi Priska Helvidia; te ne samo da se razjarili na njih, nego na iste još im i knjige, čim trojaci odabrali čeljad, koja na skupištu i sajmištu spomenike najbistrijih umov na ognju da sažge.

Scilicet illo igne uocem populi Romani et libertatem senatus et conscientiam generis humani aboleri arbitrabantur, expulsis insuper sapientiae professoribus atque omni bona arte in exilium acta, ne quid usquam honestum occurreret.

Domišljahu se valjda onim ognjem zatrti glas naroda Rimskog, i svobodu savjeta, i svjest svega roda ljudskog, te zato protjeraše i učitelje mudrosti, i svaku dobru umitju iz domovine prognaše, da uznemogbudeš naměřiti se inačto počtena.

Dedimus profecto grande patientiae documentum; et sicut uetus aetas uidit quid ultimum in libertate esset, ita nos quid in seruitute, adempto per inquisitiones etiam loquendi audiendique commercio.

Veliku odista dokazasmo uztrpljivost; te dočim se vidělo za dobe stare, doklě ga mož' svoboda, tako mi, doklě ga mož' rabstvo, kdě od bēde poiskivanja ni čto progovorit směš ni počut.

Memoriam quoque ipsam cum uoce perdidissemus, si tam in nostra potestate esset obliuisci quam tacere.

I da možeš tako i pozabit kako i obmučat, to ne samo glasa, dali iste nam još i pameti nesta.